



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 58. Seditio adversus Reginam Angliæ conflata, atque per eandem detecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæcul. XVI.**  
**A. C. 1562.**

usque sese a reconciliatione ab eis petita adeo alienos exhibebant: huic itaque consilio feliciter exequendo ambo hi Principes anno sequenti incumbant.

§. LVIII.

*Seditio contra Angliæ Reginam confata, atque ab eadem detecta.*

*Cambden in  
Annal. Angl.  
Es Hlib.*

Interea Elisabetha Regina in Anglia semper summa sollicitudine omnem tempestatem, quæ suo capiti imminabat, eamque inquietam reddebat, a se amoliri nitebatur: edocebatur enim, quod Catholici, ad Religionem suam armis restaurandam, habitis congressibus clandestina consilia agitare molerentur, ut vero hujus rei originem detegeret, præcipuam horum motuum causam esse existimabat Mariam Scotiæ Reginam, cujus juribus in Angliæ Regnum tanquam seditionis obtentu Catholicos uti arbitrabatur: cum autem Harthurem de Polo, ejusque Fratrem, quorum Mater erat quædam Princeps ex Eboracensi stirpe progenita, necnon Cortesceum Equitem eorum Scotorum quamdam in Regno factionem conflare suspicaretur, hos capi, atque in vincula conjici jussit. Interrogantur illi, sed nil aliud ab eis extorqueri poterat, nisi quod quidem ad Guilielmum Ducem

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

Ducem in Gallias secedere, inde autem postea ad Valliam Provinciam eo sine reverti decreverint, ut ibidem Scotiae Regiam in Angliæ Regiam proclamari curarent: nullatenus autem vivente Elisabetha quidquam adversus eam moliri intendissent: nisi cujusdam Astrologi vaticinio didicissent, Elisabetham hoc anno nondum evoluto evivis excessuram, hinc ad propositi sui executionem jam nunc opportuna media, se aggressos dicebant. Verum horum confessio jam satis, superque videbatur, ut lata sententia morti adjudicarentur: Regina tamen habita illustrissimi, ex quo originem trahebant, generis ratione illis vitæ gratiam fecerat.

## §. LIX.

*Elisabethæ crudelitas erga Catharinam Grayam.*

Elisabetha non ea utebatur clementia adversus aliam Principem, licet minus ream: porro ea erat Catharina Graya Filia Ducis, ac Ducissæ Suffolciæ, quæ Joannæ Grayæ ex Mariæ Reginæ jussu capite plexæ Soror erat: quamvis ergo Catharina non alterius criminis rea inveniretur, nisi quod ad Angliæ sceptrum eidem jus competere, nihilominus alia eam vexandi ratio.

Hist. Eccles. Tom. XLV. Yy tio